



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 8. Illustratus locus Senecæ ex epistolis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

gesserit, id est cum hostibus populi R. confiterentur eosque fuderit, ac fregerit, insignemque aliquam victoriam ex eis retulerit, Varium ea omnia veteribus suis celebraturum. Hoc enim dicebant, rem gerere ut in epistola ad Augustum:

Rem gerere & captos ostendere ciuibus hostes,

Attingit solum Iouis.

& senex Terentianus;

In ipsa turba atque in peccato maximo

Quod vix sedatum satis est, potastis scelus,

Quasi re bene gesta.

Et in Fastis Capitolinis tam saepe legitur aliquem creatum esse dictatorem rei gerendae causa. At hoc fortassis leue alicui videbitur. Addam igitur aliud in eodem leue: si forte quae singula parum habent ponderis, coniuncta ac conglobata aliquid adquirent ad laborem deprimendam. In explicandis igitur primis versibus odes illius qua Quinctilij mors debetur, dissertatio ab omnibus & vetustis, & recentioribus, & illis QUI S, quod principio positum est, sexti casus, posterioris numeri esse arbitror, neque referendum ad illa nomina pudor & modus: sed ad nomen cantus. Petronius enim, ut mihi quidem videtur, poeta a Melpomene ut sibi praecipiat cantus lugubres quibus aut pudor aut modus aliquis imponatur desiderio Quinctilij. Itaque delenda est illa interrogationis nota, quam post nomen capitis primus Paphlago inuexit.

Illustratus locus Seneca ex epistolis.

CAPVT VIII.

APVD disertissimum eundemque sapientissimum scriptorem Senecam, cuius inter ceteras summas laudes hanc quoque non postremam esse statuo, quod

quod ineptè fastidiosus & olim displicuit & hodie displicet, multa sunt non publici saporis, quæ qui surdior, ut ita dicam, palato sunt, ingustata prætereunt: cum elegantiores homines, & talium deliciarum intelligentes mirificam quandam ex eis percipiant suavitatem. Quale est, quod in epistola ad Lucillum sexagesima octava, cum multis verbis docuisset, quicquid cum virtute coniunctum est optabile esse, multa que in eam sententiam genere orationis, ut solet, masculo, & nihil vulgare aut plebeium sonante dixisset, ad ipsum epistolæ finem ita scribit: *Indue magni viri animi, & ab opinionibus vulgi secede paulisper: cape quantum debes virtutis pulcherrima ac magnificentissima speciem, quæ nobis non fertis, sed sudore & sanguine colenda est. aspice M. Catonem sacro illi pectore purissimas manus admoventem, & vulnera parum demissa laxantem. Vtrum illi tandem dicturus es, Vellem quæ velles, & moleste fero, an, Feliciter quod agis?* Quibus in verbis notanda sunt duo antiqua loquendi genera vulgo non satis cognita; quorum altero ad eos qui in malis essent, altero aduersus eos quibus prosperè aliquid obtigisset, viebantur. Nam cui boni ac secundi aliquid obtigerat, ei, omnis causa, gratulabundi dicere solebant, *Feliciter*, aut *Feliciter quod agis*; cum significarent, cupere se eum perpetuò eadem felicitate uti, idque bonum ipsi proprium ac perpetuum esse. Iuuenalis Satyra secunda:

Signate tabula: dictum Feliciter: ingens

Cena: sed & gremio iacuit noua nupta mariti.

Contra cui malè & aduersus animi sententiam erat, eum alloquentes dicebant: *Vellem quæ velles*. cum indicarent, dolere sibi, quòd illi malè esset: ac si dicerent: *Vellem tibi ita esset, ut tu quoque velles: mihi que*
agrè

st. Mureti
ia Lektion
LII
23

ægrè est, quod tibi quidquam præter voluntatem tuam euenerit. Huius generis exemplum est apud Plautum in Mostellaria:

Ei. *Quid est? Me miserum. occidi: Qui? Quia*

Venit naus nostra nauis que frangat ratem.

Velim ut velles Tranio: sed quid est negotij?

Hoc igitur significat: si quis M. Catonem animo accipiat extremo illo vitæ tempore sua viscera lacerantem, & exituram animam facientem viam, numquam ut in malis posito consolationem adhibiturum, sed potius ut pulcherrimum & gloriosissimum facinus obeunti gratulaturum. Nonnumquam etiam hoc posterius loquendi genus in nuda & simplici amicitia significatione ponebant. Horatius:

Suauiter, ut nunc est, inquam: & cupio omnia que

Plautus Amphitruone:

Debetis velle que velimus. meruimus

Et ego & pater de vobis & republica.

De potu aquæ aut vini circumdata niue refrigerati,

Macrobij locus emendatus.

CAPVT IX.

AQUAM ex dissoluta ac colliquefacta niue perissimam & corporibus perniciosissimam esse iam pridem Aristoteles, quasi oraculo edidit, & eorum qui palato obsequi, quam illius auctoritatem sequi, malunt, quotidiana experimenta declarant. Incommoda igitur quæ niuis potum sequuntur fugerunt, & tamen æstiuis mensibus frigidum bibere qui volunt, vas duplicibus uti solent è tenuissima lamina eo artificio factis, ut vitum aut aquam quæ potui paratur, omni quidem ex parte nix ambiat, sed eorum tamen neutrum contingat, neque cum eis commiscetur.